

a domino Bonifacio papa¹ nono, ut dicebatur, pro 80 milibus flor. de camera.

Iohannes de Nassauw.

Iohannes de Nassauwe archiepiscopus Maguntinus regnavit 23 annis et mortuus est anno Domini 1419, die 23. mensis Septembris. Idem non fuit electus, sed contra electum piissimum, iustissimum, probum, bene literatum, concorditer electum reverentissimum Gotfridum comitem de Lynyngen obtinuit sibi provideri² taliter qualiter, fuit enim illi provisum anno Domini 1397, die 24.³ mensis Ianuarii, non propter probitatem nec bonam famam, sed symoniace⁴, cum emit episcopatum pro 80 M. ducatorum de camera et ultra; intravit ut wulpis, regnavit tirrannide, exivit infamis, et per maxime sequentia dampnose aliquantulum sunt vera temporibus ipsius et sediciosam regimen insurrexerunt Husiti et heresiti⁵. Multi etiam reges, principes, comites et barones fuerunt inimici domini Iohannis archiepiscopi predicti, et illa predicta inimicia⁶ duravit per quinque annos; modicum⁷ honorem reportabat et pauca lucrabatur.

Conradus Ringravius.

Conradus archiepiscopus Ringrave, alias Wildegrave de Dunen, fuit electus anno Domini 1419, 6. Idus Octobris, tempore Siegismundi regis Romanorum, Ungarie, et uxoris eiusdem Barbare regine.

Ausser der bereits in der Anmerkung zu Siegfried d. J. mitgetheilten Randnotiz finden sich neben den Urkundenabschriften noch folgende historische Noten: fol. 46 neuer Zählung zu einer Urkunde des Erzbischofs Gerhard 1291, 3. Non. Octobr. und einem Privilegium heisst es: 'Iste est dominus Gerhardus Archiepiscopus Maguntinensis de Eppenstein etc. qui surrexit contra Adolphum regem etc.'

Bei der Urkunde des Papstes Nikolaus IV. auf fol. 46 v. heisst es: 'Nicolaus quartus nacione Lombardus de marchia Anconicana de Esculo civitate electus fuit in festo sancti Petri anno Domini 1288, sedit annis 4, mense uno, et vacavit annis 2, mensibus quasi 3. Hic prius dictus frater Ieronimus de ordine Minorum fuit, quorum minister fuit generalis. Et exinde presbiter cardinalis. Hic pontificatus sui anno primo fecit unam ordinacionem cardinalium Rome, obiit in die parasceve et sepultus fuit ad beatam Mariam maiorem'.

Auf fol. 47 findet sich von der nämlichen Hand c. 1400 folgen-

1) 'pape' Hs. 2) 'providere' Mog. 3) 'XXXIII' Hs. 4) Cod. Eb. lässt das Folgende aus. 5) Augenscheinlich sehr verderbt und unverständlich. In der Hs. steht wirklich so. 6) 'inimicia' Hs. 7) 'modicam honore' Hs.